



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dictamina Seu Scita Variæ Doctrinæ, Politicæ, Moralis,
Stoicæ, Christianæ, & Spiritualis**

Nieremberg, Juan Eusebio

Paderbornæ, 1711

Decas. IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50306)

incitat, superbia urget, vindicta impellit. Ottocarum ambitio uxoris ad arma coëgit, per arma in interitum. Parysatis Artaxerxé commisit Memnoni & Cyro minori, utrumque infelici exitu.

DECAS, IX.

81. Oppressione populi transferuntur Regna. Idcirco dicebat Lycurgus, in Republica plus timendos pauperes ac egentes, quam divites & fastuosos. Terrifica sunt consilia, quæ necessitas imponit. Hinc meritò Silius: *Est deforme malum, & sceleri proclivis egestas.*

82. Perspecta sint Principi subjectorum suorum ingenia, quæ pro Regionum diversitate solent quoque esse diversa. Non enim sinè causa Ulpianus statuit, ut mancipia, cùm venderentur, edicerent, unde forent oriunda.

83. Qui oves palabundas versùs Austrum minaverit, reperiet eas lanâ destitui; vinum verò, quod in Septentrionem ducitur, purificari. Politici idem observant in militia. Exercitus, qui in orientem ducitur, roboratur; dum in meridiem abit, infirmari solet.

84. Quæ-

lit. oë- Ar- ni-
84. Quædam ingenia sunt instar plan-
tarum; inserta terræ alienæ meliorantur.
Extranei quoque non semel profuerunt
Reipublicæ gerendæ. Vidit hoc ætas no-
stra.

tur in e- ri- do- na-
85. Infelicem dicebat Gordianus Prin-
cipem, quem veritas latuerit. Ostendat
semel placuisse, nemo tacebit: displiceat?
quisque verebitur, & auscultantem frau-
dibus involvet. Ità mille mendaciis obru-
tus, quid verum sit, ignorabit, & si fors
audierit, non adhibebit fidem.

to- am- sa- ut- nt,
86. Authoritas Regia firmat Majesta-
tem, & eximiam reddit. Plus eâ Princeps
in subditos valet ac potestate, armis, aut
suppliciis. Verum illa non est opus poten-
tiæ humanæ, sed muneris Divini.

trū vi- ci- in- ci- in- æ-
87. Illi autem conciliandæ tria concur-
runt: Virtus, felicitas & propensio ani-
morum; Hanc Deus inditcordibus sub-
jectorum: illius nemo Dominus est:
Virtus quoque Deo adiutore indiget.

88. Non pauci Principum, dum sævitiâ
procurant authoritatem, amisere. Politi-
ci donum Dei appellant, quod nimirum
affectu magis, quàm vi obtinueris.

89. Res-

89. Respublica illa occalui proxima est, in qua Leges vileſcunt, & Magistratus non honoratur. Sublato hujus respectu, & illarum vigore quid superest, nisi diſſolutio & interitus.

90. Inhoneſtas ſævitiâ longè damnoſior est Principi. Hæc horribilem reddit, illa inſuper contemptibilem. Crudelitas horrorem incutit, libido audaciam præbet. Cùm enim libidinoſos paſſim credamus timidos & ignavos, ſi quis Principem voluptuoſum viderit, depoſito metu audebit in exemplum.

DECAS X.

91. Egeſtas ſolet obnubere vitia, felicitas detegere. Adverte metamorphoſim, quam Principis odium aut favor efficit. Vix illum prælibavit aliquis, quàm ſubitò mutatus ab illo est! Nempe magnam fortunam debilis ſtomachus non digerit, & forſitan facilius est odientem ferre, quam blandientem. Videat proinde Princeps, nè, quem extulerit, efferendo dejiciat.

92. Interest quoque Principis ſcire, in quo ſita ſit ejus felicitas. Malè Thales eam adſcripſit illi, qui annis maturus in lectulo ſuo